



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

165. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex epistola Siricij Pape.*

Decreta Siri-
cij c. 6.
Burchard. lib.
8. c. 29.

C L X I V. Impudicas detestabilésque per-
sonas (monachorum scilicet atque monacha-
rum, quæ abjecto proposito sanctitatis inli-
ta ac sacrilega contagione se miscuerint) à
monasteriorum cœtu Ecclesiarūmque con-
ventibus eliminandas esse mandamus: quati-
nus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus
continua lamentatione deflentes, purificato-
rio possint pœnitudinis igne decoqui, ut ei-
vel ad mortem saltim, solius misericordia in-
tuitu, per communionis gratiam possit subve-
niri.

De eadem re. *Ex epistola Gregorij Pape.*

Apud. Gra-
tian. 27. q.
1. c. 15.

C L X V. Pervenit ad nos quod quidam vir
nequissimus diabolico instinctu de monasterio
suaserit exire quandam Deo sacratam, atque
à quodam viro, unde exierat, sit revocata,
rursumque eam vir ille nequissimus iniqua su-
fessione de monasterio eiciens, apud se nunc us-
que retineat impudicè. Volumus autem ut
episcopatus tui auctoritate in monasterium re-
vocetur ac retrudatur.

De eadem re. *Ex epistola Gelasij Pape.*

Decreta Gel-
asij c. 20.
Burchard. lib.
8. c. 32.

C L X VI. Virginibus sacris se quosdam
sociare cognovimus, & post dicatum proposi-
tum incesta fœdera sacrilegaque miscere.
Quos protinus æquum est à sacra communio-
ne detrudi, & nisi per publicam privatamque
pœnitentiam non recipi. viaticum tamen de-
seculo exeuntibus, si tamen pœnituerint, non
negari.